Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

malū fratris meis. et qui oluit eis egressuri. Audite ver-
bū dō qui tremitis ad verbū eius. Dixerunt fratres
vestri odientes vos et abicientes me propter nomen meum.
Glificetur dō et videbimus in letitia vestra. ipsi autem con-
fundentur. Vox populi de ciuitate. vox de templo. vox
dō reddentis retributionem inimicis suis. Antequam
parturiret peperit. antequam veniret partus eius peperit
masculum. Quis audiuit unquam tale. et quis vidit
huic simile. Numquid parietur terra in die. vna-
dum pietur gens simul. quia parturiuit sion peperit
filios suos. Numquid ego qui alios parere facio
ipse sterilis ero. ait dō deus tuus. Lete-
mini cum hierusalem. et exultate in ea omnes qui diligitis eam.
Gaudete cum ea gaudio omnes qui lugebatis super
eam. ut sugatis et repleamini ab vberibus pro-
lacionis eius. ut mulgeatis et delicias affluatis
ab omnimoda gloria eius. quia hec dicit dō. Ecce ego de-
clinabo super eam quasi fluuium pacis. et quasi torrentem
inundantem gloriam gentium. Adiuba portabimi-
ni. et super genua blandientur vobis. quomodo si cui
mater blandiatur. ita ego consolabor vos. et in hie-
rusalem consolabimini. Videbitis et gaudebit cor vestrum
et ossa vestra quasi herba germinabit. Et cognoscet ma-
nus dō iis qui seruiunt eius. indignabitur inimicis su-
is. Quia ecce dō in igne veniet. et quasi turbo quadri-
ge eius. Reddere in indignacione furorem suum. et in
increpacione flamma ignis. quia in igne dō iudicabit
omnem carnem et multi gladio suo adcidentur a dō.
Qui sanctificabant et mundos se putabant in hortis post unam intrinsecus quasi come-
debant carnem suillam et abhominacionem et mures
simul consumentur. dicit dō. Ego autem opera eorum et cogitacio-
nes eorum venio ut congregem cum omnibus gentibus et
linguis. Venient et videbunt gloriam meam et
ponam in eis signum. Et mittam ex eis qui saluati
fuerint ad gentes in mare in affricam et lydiam tenen-
tes sagittam in italiam et greciam ad insulas
longe a me. qui non audierunt de me et non viderunt
gloriam meam. Et annunciabunt gloriam me-
am gentibus et adducent omnes fratres vestros de cun-
ctis gentibus. donum dō in equis et quadrigis et in
lectiis et in mulis et in carrutis ad montem
sanctum meum hierusalem. dicit dō. quomodo si inferant fi-
lii israel munus in vasis mundis in domum dō. et as-
sumam ex eis in sacerdotes et leuitas. dicit dō
Quia sicut celum nouum et terra nouam. quam ego facio
stare coram me. dicit dō. sic stabit semen vestrum
et nomen vestrum. et erit mensis ex mense et sab-
batum ex sabbato. Veniet omnis caro. ut ado-
ret coram facie mea dicit dō. Et egredient
et videbunt cadauera virorum qui preuaricati
sunt in me. Vermis eorum non morietur. et ignis eorum
non extinguetur. et erunt visui ad satie-
tatem omni carni. Explicit liber
ysaie prophete